

viribus atque prudentia illorum conterant contumaciam. Aequè in spirituali reor non ignorandum esse certamine. Horum enim quæ obstant virtutibus, habere notitiam laudabile est: non tamé valde proficuum est, nisi addatur eidem cognitio materierum: quibus virtute adipiscuntur. Virtutum nanquefuga, & virtutum exercitatio sunt duo, quæ efficiunt Christi militem strenuum, ac coram cœli ciuibus honorabiliem. Quia in re, quam in precedenti capitulo plura dicta sunt, quæ impediunt, ne oratio exaudibilis sit: nunc pandenda sunt ad Dei gloriam, legentiumque profectum: quæ administrum præbeant orantibus: ut ipsorum deprecatione cœlesti regi fiat grata, illisque fructifera. Ita etenim latere non debent Deo famulantes, & principiū ad Deum festinare cupientes per quietis statum, ac orationis studium. Alter ambigendum minimè est, quin inaniter laborarent. Igitur sciendum est, atque memoria tenaciter tradendum, quod puritas plurimum valet, ut deprecantis oratio fiat accepta: & ipsius orantis animus ad orationem idoneus efficiatur. Beati (inquit dominus) mûndo corde, quoniam ipi Deum videbūt. Deus ineffabilis est. Qui eum vult videre, cor mûdet: quia nullam habet similitudinem, ut appareat dormienti, nullam corpoream speciem, ut appareat vigilati: nec villa rationis indagine captur. A mûndo corde humiliter amanti videri potest, & apprehendi. Nam Aaron nisi prius ter lotus fuisset, non ingrediebatur in sancta sanctorum. Disponit quoq; plenissimè solitudo: de qua per Oleam dicitur: Duc eam in solitudine, & loquar ad core eius. Quidam nanque animus permixtus est turbis, & in multitudine fluctuantum volutatur: nec vacat soli Deo, nec segregatus est à vulgo. Properat, & anima, quæ per orationem & contemplationem Deo vacare decreuisti, est sola, hominum confortia fuge, tumultuosam mortaliū cōuerstionis deuita, ut illi soli te solam serues, quem ex omnibus elegisti. Sponsus enim tuu amator est verecundus: & non vult sponse sue secreta sua reuelare in publico. Habilitat etiam non parum animum ad orationis & contemplationis donum & gulfum: exercitatio in operibus actiua vita. Vnde conuenienter qui prius in actiua vita proficit, bene ad contemplatiu[m] ascendit: & iuste ad istam extollitur, qui in illa utilis inuenitur. Quapropter quicunque ad arcem orationis, & contemplationis pulcritudinem attingere desiderant: prius semetipos in campo per exercitū operis probent, quām ad quietem transeant, quatenus faciant, an illata conuicta à proximis aquanimiter portant: an oblatis temporalibus bonis mens latitia soluitur: an sublatis vehementi dolore saudantur: quam ad se introfici redunt: in eo quod spiritualia rimantur, secum umbras transuentium rerum ferunt: vel fortasse tractas à mente, manu discretions abigunt. Quisquis hac patitur, adhuc in actiua vita operibus non est purgatus: nec ad sancta orationis oculum idoneus. Afflito similiter ac tribulatio patienter accepta: non mediocriter mentem ad orationem disponit. De hoc legitur in Deuterono. Affixa te penuria, & dedi tibi cibum manna. Nam prius exurit cordis rubiginem tristitia, & tribulatio: & caligo viutorum detergitur: deinde raptim & abunde incircumscripto lumine mens illustratur: atque in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur: & quasi post defectum præsen-

Matt. 5.

Ofer. 2.

Deut. 8.

tis vita vltra se rapta in quādani nō uitatem recreatur. Ibi mens ex immenso visionis supernæ ore affligitur: ibi non se sufficeret ad id ad quod rapta est, contemplatur, & veritatem sentiendo videt: quia quāta est ipsa veritas, non vider, cuile tantum longè esse existimat, quantum appropinquat. Nam nisi illic vtcunque prospiceret, non eam aspiceret, non posset sentire. Promouet etiam ad hoc sancta orationis bonus, silentium. Sedebit (inquit Hieremias) solitarius, & tacebit, & leuabit se supra se. Et alibi: Bonum est praestolari cum silentio salutare Dei. Libenter enim se infundit verbum expectanti & tacenti. Vnde fit, ut dum illo pacitur, terrenum pabulum non requirat. Nec enim potest panem seculi cupere, qui suavi gustu reficit Salvatoris. Negligit plane curam corporis, qui pabulo orationis intendit: nec hominum colloquia habere volet, qui diuinis in orationis saginatur consolationibus. Haec nanque oratio est, quæ replet mentem exultatione, animam illustrat supernis splendoribus, & compleat viscera suavitate melliflua. Ieiunium præterea & abstinentia ad orationis eleuat summitatem. Nihil enim sublimius, nihil potentius homine orante. Qui autem orat cum ieiunio, duplices habet alas: quibus ad rimanda cœlestia futilollitur: nam nec oberrat, nec torpet, nec perire permititur. Quamvis verò ieiunium morbos auferat viatorum, carnis amputet passiones, criminum causas propellat: tamen fine devotionis vnguento, absque orationis exercitatione, sanitatem mentibus non reponit, nec a trentis animum quiete finit. Quies insuper cum sit orationis fomentum, se posidem efficit oratorem, & contemplationi propinquum. Nunquam enim commotioni contemplatio iungitur, nec præualeat perturbata mens intueri spiritualia, quæ vix tranquilla valet: quia quemadmodum solis radius nequaquam cernitur, quum commote nubes celi faciem obducunt: nec turbatus fons respicientis imaginē reddit, quam tranquillus propriam ostendit: sic nec inquietus animus Dei caritatem in oratione speculo potest conspicere. Invitet itaque mentis quietem, pacificum amplectatur bonum: quisquis exuberantibus, quæ in oratione donantur, cupit inebriari voluntatis: quia nullo modo animus ad vim intimam contemplationis rapitur: nisi prius à terrenorum desideriorum tumultu per adptionem quietis solviatur.

Vbi & in quo loco orandum sit, &
quo tempore.

C A P. V I.

Nunc autem ubi orandum sit, breuiter intimandum est: ac deinde quo tempore. Vbi enim orandum sit, insinuat Apostolus, quum dicit: Volo vos orare in omni loco leuentes puras manus ad Deum. Non enim tantum locus quarendus est, quantum sensus. Hieremias orans confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace exultantes & Deum benedicentes triplaudant. Iob nudus in sterquilino triuphat, paradisum de cruce latro promeretur. Et quoniam non est locus, ubi non sit deus, ubique effundēda est ad illum deprecatio. Vbi sunt pericula, illic petendū est suffragiū. Nec quarendus est locus, quum à deo

Tren.

1 Tim.